



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXX. Markgraf Johann I. vereignet dem Kloster Lehnin ein Dorf, Namens Derwitz, an der Ruthe gelegen, das der Magdeburgische Ministerial Alverich von Darneburg zum Seelenheil seiner Gattin dem Stifte ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Confirmatio Honorii papae tertii super predictis X choris filiginis in Deetz etc. quos prefatus episcopus Gernandus monasterio Lenin contulit.

Neueres Urf.-Verzeichniß.

XXIX. Bestätigung des Papstes Gregor IX. für das Kloster Lehnin, vom Jahre 1227.

Vidimus litterarum Gregorii noni papae, in welchem er unter anderem statuit, daß der ordo monasticus beim Closter Lenin zu ewigen Zeiten verbleiben soll und bestetigt dem Closter alle Freiheiten und Güter, die sie albereit haben und noch bekommen mogen. Anno 1227. Pontificatus I^o.

Neueres Lehniner Urfunden-Verzeichniß.

XXX. Markgraf Johann I. vereignet dem Kloster Lehnin ein Dorf, Namens Derwitz, an der Nütze gelegen, daß der Magdeburgische Ministerial Alverich von Darneburg zum Seelenheil seiner Gattin dem Stifte zuwendet, im Jahre 1228.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes primus, dei gracia Brandenburgensis Marchio. Cum parentes debeant thesaurizare filiis et filiorum interfit, ex hiis exempla uirtutum progenitorum facta contemplari, nos ergo paternis uestigiis inherentes et deriuat in nos formam pietatis imitantes circa personas religionis et loca tanto propensiori affectu et sollerti industria liberalitatis nostre munificenciam ostendere debemus, quanto indubitaciori scientia nouimus, quod hic manentem ciuitatem non habemus, sed futuram inquirimus, ubi longitudo dierum est et glorie plenitudo, in qua nos porcionem habituros per opem misericordie comprobamus. Qua propter Monasterium Lennyn, quod progenitores nostri ad honorem dei et spe uite celestis strenue fundauerunt quod et nos debito affectu et singulari dileccione familiaris amplexamur beneficii specialis adieccione siue per nos solos siue per alios ad hoc nobis cooperantes prout oportunitas se offert, nostre quoque salutis gracia dignum ducimus ampliandum. Igitur notum facimus tam future quam presenti crisi fidelium vniuersitati, quod vir honestus Aluericus de Darneborch, Ministerialis Ecclesie Magdeburgensis, villam quandam, Drewicz nomine, super aquam nute sitam, prope nouum castrum, quod de nobis tenebat, pro anima uxoris sue iam defuncte dilectis fratribus de Lennyn offerre satagens nobis eandem uillam resignauit. Quam nobis resignatam memorati Aluerici petitionis intuitu ad honorem dei et gloriose genitricis sue semperque uirginis Marie prefato cenobio Lennyn libere contulimus cum omni uilitate prouentuum in siluis, aquis, pratis, agris, uirgulis et miricis aliisque pertinenciis omnibus atque cum ipsius fundi proprietate integrali iure ac perpetuo quiete possidendam. Vt autem donacionis huius memoria posteritati maneat recens et semper uiua, ad ipsius constanciam et vigorem sigilli nostri impressione fecimus donacionem eandem communiri cum subrogacione testium honestorum, quorum nomina sunt hec: Hildebrandus capellanus curie, Richardus de Plawe, Gonpertus de Louborch, Johannes, Richardus, Geue-

hardus, fratres de Plote, hinricus pincerna. Datum anno gracia millesimo ducentesimo vice-
simo octauo, Indictione quinta decima, Epact. duodecima, Concurr. sexto.

Aus einem Transsumt des Vicar Bartholomäus Lowe vom 4. September 1442 im Geh. Staats-Archive.

Ann. Das alte Verzeichniß Lehniner Urkunden macht von der vorstehenden Verschreibung in den Worten Meldung:

De villa Dreuz et omnibus attinentiis suis Aluericus de Arneborch dedit Monasterio pro anima
uxoris sue, Johanne I. marchione confirmante a. 1228.

Darnach hieß der Schenker Alverich von Arneburg, während in dem Transsumt deutlich Alverich von Darneburg steht.
In der nächstfolgenden Urkunde hat der transsumirende Notar den Namen sogar Borneborch gelesen.

XXXI. Gernand, Bischof von Brandenburg, schenkt dem Kloster Lehnin die Zehnthebung aus
dem selbigem vereinigten Dorfe Derwitz, am 25. Juli 1230.

In nomine sancte et individue trinitatis. Gernandus, dei gracia Brandeburgensis
Episcopus. Venerabili in cristo fratri h. abbati de Lennyn et successoribus suis totique eiusdem
Ecclesie conuentui salutem et sinceram in domino caritatem. Filiis Leui viris ecclesiasticis successoribus
et posteris leuitarum legimus omnem decimam adeo datam esse tamquam ad sacerdotium et omne
sacerdotii ministerium electis et vocatis ab ipso eos in peculiarem sibi populum segregante, vnde
patenter intelligimus ipsos ad spiriuales decimas exfoluendas suo Melchisedech regi et sacerdoti
cristo ihesu specialiter obligari, ut perfectiori decalogi obseruancia deciment semetipsos carnemque
suam a uiciis et concupiscenciis, crucifigant ipsam ieiuniis et ceteris parimoniis decimando. Hinc
est quod iure communi ad quemlibet dyocesanam decime sue diocesis pertinent vniuersae, sic enim
vniuersalis recepta Ecclesia traditam sibi apostolica sanctione. Porro cum religio Cisterciensis ordinis,
cui auctore diuino militatis, spiriuales decimas deo soluat, carnem suam dignis castigacionibus ma-
cerando, vt pro carne mortalitatis carnem immortalitatis recipere mereatur, dignum ducimus et
meritorium apud deum, ut decimas fructuum agrorum nostrorum (pro uestrorum) ubi oportu-
num nobis est vobis petentibus diuine retributionis conferamus. Cum igitur ex donacione Illustris prin-
cipis Johannis Marchionis Brandeburgensis villam Drewicz cum vniuersis ipsius pertinentibus vi-
delicet mansis, pratis, villis, piscaturis et ceteris omnibus possessionibus secularibus, quarum donatio
ad ipsum pertinet, habeatis, Nos de consensu Capituli nostri Brandeburgensis auctoritate dei omni-
potentis et beati Petri apostoli ac nostra ea, que ad nos pertinent, scilicet decimas dicte ville, vobis
conferimus et donamus cum vniuersis nutrimentorum decimis, que prouenire poterunt ex eadem.
Nulli igitur hominum liceat hanc nostre donacionis paginam infringere aut ei ausu temerario con-
traire, quod si quis attemptare presumpserit dei omnipotentis et beati Petri principis apostolorum
indignationem et nostram maledictionem se non dubitet incurrisse. Testes autem hujus donacionis
sunt dominus Aluericus prepositus, Jacobus prior, Heydenricus cellerarius, Thide-
ricus custos, Petrus notarius Brandeburgensis, dominus Reinerus prepositus Le-
zekensis, Albertus plebanus de Korane, Raynaldus capellanus noster, magister
Hinricus phificus; Laici vero Bedericus Comes de Belticz, Aluericus de Borne-
borch, Hinricus de Stendale, Geuehardus de Belticz, milites, et alii quam plures.